

NvK an B. Georg Hack von Trient. Nach dem dem Tod des Johannes Winkler, Pfarrers von Villanders, habe sich B. Georg wegen des Nachlasses an NvK gewandt. Der Kardinal habe daraufhin ein Nachlassinventar geschickt und erwartet, B. Georg würde mitteilen, auf welche Stücke aus dem Nachlass er Anspruch erhebe. Da inzwischen die Erben des Johannes Winkler auf Herausgabe des Erbes drängen, bittet er B. Georg um Entsendung eines Boten zu dem für die Nachlassverhandlung anberaumten Termin.

Entwurf: BRIXEN, DA, HRR If. 285^v Nr. 850.

Druck: Hausmann, Brixner Briefbuch 97f. Nr. 125.

Reverende in Christo pater, domine et amice carissime. Defuncto quondam Johanne Winckler¹), rectore ecclesie parochialis in Vilanders, vestra paternitas reverenda nobis occasione bonorum et rerum per eum relictorum scripsit, super quo eidem copiam inventarii mittendo respondimus, in re ipsa vestre paternitatis reverende mentem per scripta vestra aut nuncium nondum intimatam expectantes. Et quia certi dicti Johannis heredes se fore asserentes coram nobis constituti sunt bona huiusmodi requirentes, quibus ob ignoranciam mentis vestre hucusque finaliter respondere nequivimus. Quare vestram rogamus paternitatem reverendam, ut causa ipsa et heredes prelibati finem celeriolem habeant, si paternitas vestra reverenda in bonis prescriptis aliquid se iuris pretendit habere, super ea nuncium vestrum ad certam diem coram nobis comparandum mittere ipsamque diem, quam heredibus ipsis commode prefigere poterimus, aut que in re ipsa vestre paternitatis sit intencio, per scripta vestra nobis significare velitis; in eo complacenciam nobis gratam exhibentes. Datum Brixine die xvi mensis iunii anno domini etc. lvi^{to}.

1 Defuncto: *folgt ü.d.Z. eingefügt und wieder gestr.* quondam, *auf der Zeile gestr.* Johanne W. 2 Vilanders: *folgt gestr.* vestre diocesis. 3 scripsit: *korr. aus scribere.* 4 eidem: *folgt gestr.* una. | respondimus: *folgt gestr.* expectantes. 5 vestra: *ü.d.Z.* | nuncium: *folgt gestr.* expectantes. | certi: *ü.d.Z.* 6 sunt: *ü.d.Z.* 8 reverendam: *folgt gestr.* quamvis, que in hiis vestra sit intencio, nobis nuncium. | et – 9 prelibati: *a.R. korr. statt gestr.* ipsa. 10 diem: *folgt ü.d.Z. eingefügt und wieder gestr.* competentem, *auf der Zeile gestr.* quam dictis heredibus commode interim prefigere poterimus coram nobis comparandum. 11 quam – 12 poterimus: *a.R. eingefügt.* | commode: *folgt gestr.* assig. 13 significare: *folgt gestr.* ut. | complacenciam: *folgt gestr.* gr. | Brixine: *folgt gestr.* men.

¹) Die Pfarrei Villanders (Diözese Trient) befand sich im Besitz des Brixner Domberrn Michael von Wolkenstein; s.o. Nr. 2761. Johannes Winkler war offenbar der Pfarrvikar.